Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Psalterium, Fragment - Cod. Aug. Fr. 8

[S.l.], [1. Drittel des 10. Jh.]

urn:nbn:de:bsz:31-1865

Visual Library

uoluntates meas in eis;
Multiplicatę sunt infirmitates eorum:
post ea accelerauerunt;
Non congregabo conuenticula eorum de
sanguinib; nec memor ero nominum
eorum per labia mea; toto desid
Dns pars hereditatis meae & calicis mei:
tu es qui restitues hereditatem meā mihi;
Funes ceciderunt mihi in praeclaris: & enī
hereditas mea praeclara est mihi; natu
Benedicam dnō qui tribuit mihi intellec
tum: insup & usque ad noctem increpu
erunt me renes mei; mei in conspectu meo semp ubiq.
Prouidebam dnm in conspectu meo sem
per: quō a dextris est mihi nec cō mouear;
Propter hoc laetatum est cor meum: & ex
ultabit lingua mea: insuper & caro mea
requiescet in spe; p D corruptionē;
Quō non derelinques animam meam
in inferno: nec dabis scm̄ tuum uidere
Notas mihi fecisti uias uitae: adimpleb
me laetitia cum uultu tuo: delectatio
nes in dextera tua usque in finē. ORATIO D
XVI Exaudi dne iustitiam meam intende
deprecationem meam

Auribus percipe orationē meam. n̄ in labiis dolosis.
De uultu tuo iudicium meum prodeat. oculi
tui uideant aequitates;
Probasti cor meum & uisitasti nocte. igne me
examinasti. & non est inuenta in me iniquitas;
Ut non loquatur os meum opera hominum.
propter uerba labiorum tuorum. ego cus
todiui uias duras;
Perfice gressus meos in semitis tuis. ut non
moueantur uestigia mea;
Ego clamaui quō exaudisti me dš. inclina
aurem tuam mihi. & exaudi uerba mea;
Mirifica misericordias tuas. qui saluos facis
sperantes in te;
A resistentib; dexterę tuae. custodi me
ut pupillam oculi;
Sub umbra alarum tuarum protege me.
a facie impiorum qui me adflixerunt;
Inimici mei animam meā circūdederunt.
adipē suum concluserunt. os eorum
locutum est superbiam;
Proicientes me nunc circumdederunt me.
oculos suos statuerunt declinare in terrā;
Susceperunt me sicut leo paratus ad praedā.

Venite exultemus dño. iubilemus dō salutari nro.
Praeoccupemus faciem eius in confessione, & in psalmis
iubilemus ei. Quoniam ds magnus dns. & rex magnus
super omnes deos. Quia in manu eius fines terrae
& altitudines montium ipsius sunt; Quoniam ipsius
est mare & ipse fecit illud. & sicca manus eius formauerunt; Venite adoremus & procidamus
& ploremus ante dnm qui fecit nos. quia ipse est
dns ds noster; Et nos populus pascue eius. & oues
manus eius. hodie si uocem eius audieritis. nolite
obdurare corda uestra; Sicut in irritatione secundum diem temptationis in deserto;
Ubi temptauerunt me patres uri. probauerunt
& uiderunt opera mea. Quadraginta annis
proximus fui generationi illi. & dixi semper
errant corde; Et isti non cognouerunt uias
meas ut iuraui in ira mea si introibunt in requiem meam;

Aug. CXCIX

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg